

De Syllogismo.

Caput I. De Syllogismo in genere.

I. Quid sit? R. Συλλογισμός ἐστὶ λόγος ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν ἑτέρον τι τῶν σεμμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει τῷ ταύτῃ εἶναι. l. i. prior. anal. cap. i. SYLLOGISMUS est oratio, in qua quibusdam positis aliud quiddam ab iis quæ posita sunt ex necessitate accidit eò quod hæc sunt. Id est, Syllogismus est oratio, in qua duabus præmissis simplicibus in modo & figura rectè dispositis, conclusio præmissis diversa colligitur per necessariam & formalem consequentiam præpter legitimam præmissarum in modo & figura dispositionem Du Tricu tr. 3. p. 1. c. 1. e. 3.

I. STRUC- TURA in qua de Syllogi- smo not.

2. Principia quæ sunt { Interna, quæ sunt in ipso Syllogismo. Sunt q̄ { Materialia, ex quibus velut materia con- struitur Syllogismus. cap. 2, Formalia, quæ sunt dispositiones quædam principiorum materialium c 3 Externa, quæ non sunt in ipso syllogismo. Sunt q̄ { Dirigentia, ad quæ tanquam ad nor- mam syllogismos conformare oportet. c. 4. Perficientia, quibus necessitas conclu- dendi redditur evidentior. c. 5.

- II. EUPORIA seu INVENTIO MEDII. cap. 6.
III. ANALYSIS. cap. 7.
IV. AFFINIA. cap. 8.

Caput II. De Principiis materialibus.

1. Quid sint? R. Ὅρον καλῶ εἰς ὃν διαλύεται ἡ πρόθεσις ὅσον τὸ τε κατηγορούμενον καὶ τὸ καθ' ἑ κατηγορεῖται. TERMINUM appello, in quem resolvitur propositio, ut prædicatum, & de quo id prædicatur. Aliàs dicitur Major Terminus, qui est prædicatum conclusionis. Aliàs dicitur Majus extremum. Minor Terminus, qui est subjectum conclusionis. Aliàs dicitur Minus extremum. Medius Terminus, qui bis ante conclusionem ponitur. Aliàs dicitur Medium, quia est nexusextremorum.

Principia MATERIALIA sunt vel Remota, quæ sunt TERMINI, de quibus 2. not. Propinqua, quæ sunt PROPOSITIONES, de quibus 2. not.

I. Quid sint? R. Πρόθεσις ἐστὶ λόγος καταφατικός καὶ ἀποφατικός τινος καὶ τινος. PROPOSITIO est oratio, quæ aliquid de aliquo affirmat vel negat. Major propositio, in qua major terminus cum medio disponitur. Aliàs καὶ ἐξοχλῶ dicitur propositio. Minor propositio, in qua minor terminus cum medio disponitur. Aliàs dicitur Assumptio. Si conjunctim sumuntur Major & minor propositio, dicuntur præmissæ quia conclusioni præmittuntur. Conclusio, in qua major terminus cum minore conjungitur. Et hæc ex præmissis infertur.